Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& asie: tantum de egypti & syrie narrat
regib;/ quia in medio iudea posita. nunc
ab illis. nunc ab istis regib' tenebatur: Et
scripture sce ppositum est non externam
absq; iudeis hystoriam texere./ sed eam que
israheli' populo copulata est. Et de principib'
eius pualebit sup eum/ & dominabit' ditione.
Multa enim dominatio eius. Iste est ptholomeus
phyladelphus sedis rex egypti filius ptholomei
superioris./ sub quo septuaginta interpretes
alexandrie scripturam sanctam in greecum
dicuntur uertisse sermonem/ qui & eleazaro
pontifici multa ierosolimam & in templi
donaria uasa transmisit./ cuius bibliotheca
pfuit demetrius phalereus. idem apud grecos
orator & philosophus./ tantaq; potentia fuisse
narratur: ut ptholomeum patrem uinceret.
Narrant enim hystorie habuisse eum peditum
ducenta milia. equitum uiginti milia./
curruum duo./ elephantos quos primus ad
duxit ex ethiopia quadringentos./ naues
longas quas nunc liburnas uocant mille